



CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

FRESNENSIS

De Administratoris Apostolici nominatione

DECRETUM

Ad consulendum regimini Ecclesiae Fresnensis, vacantis per renuntiationem Exc.mi P.D. Armandi X. OCHOA, Summus Pontifex FRANCISCUS, Divina Providentia PP., praesenti Congregationis pro Episcopis Decreto, nominat ac constituit Administratorem Apostolicum memoratae Ecclesiae, ab hodierna die et donec electus Episcopus canonicam sedis possessionem capiat, eundem Exc.mum P.D. Armandum X. OCHOA, Episcopum emeritum eiusdem diocesis, eique iura, officia et facultates tribuit quae Episcopis diocesanis, ad normam canonum, competunt, iis tamen attentis quae in N° 244 Directorii de pastoralis ministerio Episcoporum "Apostolorum Successores" continentur.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Episcopis, die 5 Martii anno 2019.

+ Marcus Card. Quilley
M

+ Ismael de Jesus Montanari
A Secretis